



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

crucifigitur. Articul. L.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

quod in hac extensione & tam gratum fore Domino, si in passionis, id est, extensionis eius memoriam vnum Pater noster diceret, ac si omnia membra eius vnguento suavissimo deliniret.

Documentum habemus hic ut pro gatiarum actione, sicut omnia membra nostra exhibuimus ad offensam Dei & teruitum diaboli, & sicut omnibus membris occasione passioni Christi dedimus (quia si non peccassemus, non opus illi fuisset pati pro nobis.) Ita omnia membra nostra offerre & extendere debemus in obsequium Christi. Ad hoc hortans Apostolus: *Obsecro, inquit, vos, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum id est, cum discretione, sine destructione corporis.* Vnde

Ioan. Caf.

& Ioannes Cassianus in collationibus Patrum docet, ut religiosa persone membrorum suorum primitias Deo offerant, hoc est, antequam ad aliquid extendant manus, os, pedes, primum illis Deum laudent geniculando, prosternendo, manus & oculos in caelum leuando, corpus ieiunijs, vigilijs, castitate afficiendo. Hoc est contra pigros, qui non libenter surgunt de lecto. Cogitate de lecto Christi, quomodo iacet non molliter.

IESVS CRUCIFIGITVR. Articulus L.

Matth. 27.
Marc. 15.
Esaie 53.
Crucifixio
Iesu quomodo
coactig-
tit.

IESVS extendendo crucifigitur, id est, crucifigendo extenditur, quemadmodum Euangelista subsequenter insinuat dicendo: *Ibi crucifixerunt eum. Tunc cum eo crucifigunt hinc & hinc duos latrones, vnum a dextris, & alium a sinistris: medium autem Iesum.* Et impleta est scriptura, quae dicit: *Et cum iniquis deputatus est.* Cogitate quantum doloris sustinuit Iesus, dum clauis (vt quidam sentiunt) obruti per palmas manuum & pedum, vbi nervi colliguntur, violenter impellebantur, adeo, vt secum cutem & carnes ad foramina traherent: de manibus & pedibus circa clauorum loca intumescens, pro eodem tempore sanguinis effluere gestiens, exire non poterat, donec cum cruce Iesus eleuaretur, & tunc laxatis membris vulneribusque ampliatis, quasi quatuor flumina decurrentia, crucem & terram rigabant. Monemur ex hoc articulo, cruci affligere carnem nostram cum vitijs & concupiscentijs, clauis scilicet praeceptorum iustitiae, vt nunquam recedamus a Christo. Vnde & Apostolus dicit: *Christo confixus sum cruci.* Et S. Augustinus orat, se clauo charitatis configi, & affigi cruci inseparabiliter. Dauid etiam nominat timorem clauum, orans: *Confige inquit, timore tuo carnes meas.*

Cruci mystice qui quomodo affligantur.
Galat. 5. 6.
Augustin.
Psalm. 118.

IESVS PRO CRUCIFIXORIBVS orauit. Articulus LI.

1. Pet. 2.

Luc. 23.
Verbum Christi primum in cruce quantum fuerit charitatis & misericordiae.

Inter omnes quas sustinuit iniurias piissimus Iesus, inter omnesque penas ad inimicos iniuriam tenuit charitatem, pro malis reddens bonam. Cum enim malediceretur, non maledixit, cum torqueretur, non se vindicauit: sed torroribus suis cordialissime compatiens, etiam apud Patrem excusauit orans pro eis, ac dicens: *Pater dimitte illis quia nesciunt, quid faciunt.* O qualis misericordia. O pietatis abyssum. Membra extenduntur, rumpuntur nervi, iuncturae & compages soluantur, manus & pedes clauis foduntur, blasphemiae irrogantur: & omnium adhuc iniuriarum immemor, quasi nullos sentiret dolores, ac si alius torqueretur, clamauit: *Pater dimitte illis. Quid discere possumus hic nobilius, quid videre magis eximium, quod imita-*